

iudex Loisius de Angelis

45

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Loisius de Angelis

45

1478-06-14

In nomine Domini nostri Iesu Christi amen.
 Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo
 septuagesimo octavo. Regnante... Ferdinando Dei gratia
 Sicilie, Ierusalem et Hungarie rege, regnorum... eius
 anno vicesimo,... mense Iunii, die XIII eiusdem, XI
 indictione, Matera.

Nos Luigi Thomasii Nicolai de Angelis de dicta
 civitate,... ad contractus per provinciam Terre Ydronti
 tantum reginali auctoritate iudex, Eustasio de Danesiis
 de eadem civitate,... puplicus ubilibet per totum dictum
 regnum Sicilie citra farum regia auctoritate notarius,
 dompnus Iuliano Nicolai de Rencza, dompnus Andrea
 de Ioculano, dompnus Andrea Nicolai Galli, dompnus
 Tucio Stephani de Matera, Gaspare Donati notarii
 Eustasii, Gaspare de Danciis, Donato de Ciminello,
 Antonello de Perro, Bartholomeo de Massollis et
 dompnus Matteo de Ciminello, testes... de affata
 civitate,... notum facimus... quod... accersitis... ad
 petitionis... instantiam... domine Licie filie quondam
 Eustasii Andree de Nuptio, de Matera, uxoris xxx
 domini Goffridi de Noha ad domum habitationis ipsius,
 sitam... in civitate Matera, intus in civita, impictagio
 ecclesie sancti Eustasii de Cimiterio, iuxta domum
 xxx puplica et iuxta domum Nicolai Salvagii de
 Hercule,... in qua... invenimus ipsam dominam Liciam
 xxx detemptam, que... sana... mente et recta sui memoria
 et locutione persistens... hoc... condidit testamentum...
 Instituit... heredem universalem... Donatum Loysium et
 Iohannem Mariam, filios suos, et heredem particularem
 Raymundinam, Elisabectam, Silviam et Iohannellam
 filias suas supra unciis triginta pro qualibet. Que uncie
 triginta voluit... ut... computentur inter numerum dotium

ipsarum, tam in dotibus promissis quam promictendis... et quod dicte filie sue succedant in dictis unciis triginta altera soror alteri, si aliqua ipsarum mori contingerit sine liberis,... cum... condicione quod nil aliud petere possint... de... bonis maternis... Item voluit... quod pro dictis unciis triginta legatis Silvie, filie sue, habeat certas arbores olivarum... in clausura iudicis Thomasii, iuxta arbores olivarum Antonii de Sanctoro... Item voluit... quod de dictis unciis triginta legatis Iohannelle filie sue habeat... domos duas palaciatas, tam a parte superiori quam a parte inferiori, cum casulariis... in platea puplica civitatis Matera, in contrata seu pictagio ecclesie sancte Sophie, iuxta domum palaciatam conductam per Nucium de Fogia, pariete comuni mediante, iuxta viam puplicam et iuxta domum Nicolai Salvagii de Hercule, pariete comuni mediante, iuxta domum Thomasii de Carlucio... Item elegit... sepulturam in cappella sua ecclesie sancte Ecatherine de Cimiterio , ita quod reponatur corpus suum in sepultura sua... Item legavit dicte ecclesie sancte Catherine cellarium unum seu griptam unam... sitam... in pertinentiis... Matera, extra menia, in pictagio Plani de sancto Spiritu, iuxta griptam archiepiscopi, iuxta griptam comandatorie de Pizano, iuxta viam puplicam a superiori et ab inferiori parte, cum platea ante ipsam ac cum cisterna ab aqua intus in ea,... pro celebranda missa una pro qualibet ebdomada... per sacerdotem eligendum per heredem. Item legavit cuilibet sacerdoti celebranti missam in die obitus sui, tam in trentali, quam in annali, grana duo et medium. Item voluit... quod fiant exequie honorifice // in die obitus sui, trentali et annali et quod fiat focacia per totum annum. Item legavit toto clero Matherano pro processione fienda in die obitus sui tarenos duos,... archiepiscopo Matherano

pro malis oblati et incertis tarenos quatuor,... maiori ecclesie Matherane pro reparatione ipsius... tarenos viginti quinque. Item voluit... sibi dici et celebrari pro salute anime sue missarum quarantanasquatuor, duas celebrandas per presbiteros maioris ecclesie, unam per dompnum Andream de Ioculano et aliam per dompnum Iulianum Nicolai de Renza. Item legavit dopno Iuliano Nicolai de Renza, patrino suo, tarenos quinque. Item voluit... quod Diana, mancipia sua, post eius obitum sit... libera et in sui potestate,... cui legavit pro anima sua unciam unam,... lecticellum unum cum fornimento suo et tunicam unam de panno. Item legavit Rose Blasii de Iacucio pro anima sua tarenos quinque,... Margarite de Ugiano lactarie sue, pro anima sua, tarenos quinque,... Angelo de Frate Iohanne de Brundusio, pro anima sua, tarenos quinque. Item elegit sibi epitropos et distributores presentis testamenti dopnum Nucium Donati de Iacobo et dopnum Iulianum Nicolai de Renza, cui legavit pro labore eorum tarenos duos et medium.

1

2

Dovrebbe trattarsi dell'antico monastero di S. Eustachio, attiguo proprio all'area cimiteriale posta accanto alla cattedrale. Per questa identificazione vd. M. Padula, *Presenza benedettina a Matera*, Picciano-Matera 1981, pp. 34-42.

Si tratta di una delle cappelle fatte erigere sul fianco destro della cattedrale, nei pressi dell'area cimiteriale. Di essa si ha menzione nella visita dell'arcivescovo Saraceno (A. Grillo, *Acerenza e Matera: la visita pastorale nella diocesi (1543-1544)*, Lavello 1994, p. 112), ma risulta essere di patronato della famiglia di Noja già nel 1481 (Gattini, *Note storiche*, p. 281). Gattini lascia intendere che tale patronato fu

Lorem ipsum dolor sit amet

portato in dote da Licia, ma visto quanto qui riferito è piuttosto probabile che la cappella fu eretta su disposizione di Licia e del marito prima del 1478.